

CAPUT IV.

DE CONSERVIS.

Conservæ nihil aliud sunt quam folia, flores, fructus, & herbarum radices in pulpam redactæ, cum debita sacchari quantitate permixtæ.

CONSERVA ROSARUM RUBRARUM.

R. Florum recentium Rosarum Rubrarum ab ungulis mundatarum, libram unam.
Sacchari albi pulverisati, libras duas,
Contundantur optimè in mortario marmoreo, & paulatim saccharum misceatur, ut ritè agitando incorporentur, postea in vase vitreo, seu terreo vitreato insolentur per aliquot dies, & serva ad usum.

Tussim mitigat, diarrhœas, & hæmorrhagias sistit, quare phthificis confert, cor, & stomachum roborat.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam & semis.

CONSERVA ROSARUM ALTERA.

R. Rosarum Rubrarum recentium, nondum penitus apertarum exungularum, . . . libram unam.
Macerentur in

Aquæ ferventis, libris quatuor.

Coletur sine expressione liquor, qui rejiciatur, postea Rosæ maceratæ validè prælo exprimantur, atque in mortario lapideo minutissimè contundantur, interim in expresso coquantur

206 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

Sacchari albi ad tabellarum consistentiam, . .
libras duas.

Exactissimè miscendo rosas contusas, ut fiat Conserva
ad usum servanda.

Ad idem præstat.

Eadem methodo fiunt Conservæ

Florum Salviæ,
Calendulæ,
Persicorum,
Tunicæ,
Roris Marini,
& similia.

CONSERVA FLORUM VIOLARUM.

R. Florum Violarum recentium à calicibus mundato-
rum, libram unam.
Sacchari albi pulverisati, libras tres.

Contundantur minutim in mortario lapideo, & fiat
Conserva, ut supradictum est.

Dulcorat, humectat, sanguinis acrimoniam temperat,
& thoracis affectibus confert.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam.

Simili modo fiunt Conservæ

Florum Buglosi,
Borraginis,
Nymphææ,
Malvæ,
Pæoniæ,
Papaveris Rhæados,
& similia.

Nota, quòd cum eadem Sacchari quantitate clarifica-
ti, & ad tabellarum consistentiam cocti, hæc prædictæ

Conservæ etiam concinnantur, miscendo extta ignem flores, scilicet contusos, & si opus fuerit paulisper decoquantur, quæ absque insolatione ad usum reponuntur.

D I A C O R N U M.

R. Pulpæ de Fructibus Corni arboris secundum artem extractæ. libram unam.
Sacchari albi, libras duas.

Fiat, ut artis est, Conserva.

Ad dysenteriam, mensium fluxum cohibendum prodest.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam.

C O N S E R V A C A P I L L O R U M V E N E R I S.

R. Foliorum recentium Capillorum Veneris, libram unam.
Sacchari albi pulverisati, libras duas.

Folia optimè in mortario lapideo contundantur, & Saccharo permixta in vase vitreo per aliquot dies insolentur, postea ad usum serva.

Splenetica est, quare in icteritiæ affectibus, splenis, & pectoris prodest.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam.

Eadem methodo conficiuntur Conservæ

Foliorum Hederæ Terrestris,

Menthæ,

Melissæ,

Rutæ,

Scordii,

Cochleariæ,

Summitatum Absynthii,

& similia.

CONSERVA OXYACANTHÆ.

R. Pulpæ Oxyacanthæ, libram unam.
 Sacchari clarificati ad tabellarum consistentiam
 cocti, , libras duas.

Misce optimè, ut fiat Conserva secundum artem, quæ
 ad usum reponatur.

Astringens est, in menstruorum, & alvi fluxibus plu-
 rimùm confert.

Dosis ab uncia semis ad unciam unam.

Eodem modo parantur Conservæ

Cerassorum acrium,
 Prunorum Damascenorum,
 Sylvestrium,
 & similia.

CONSERVA RADICIS HELENII.

R. Radicum recentium Helenii mundatarum, . . .
 . . . , quot volueris.

Macera per aliquot horas in aqua ferventi, qua re-
 jecta, coquantur in altera ad putrilaginem, & per seta-
 ceum trajiciantur.

R. Pulpæ hujus Radicis, libram semis.
 Sacchari albi in decocto Radicum ad Electuarii
 solidi consistentiam cocti, libram unam.

Misce optimè, & fiat Conserva secundum artem.

Stomachica est, & carminativa, adhibetur etiam in
 tussi, ac asthma, & doloribus nephriticis.

Dosis à drachmis duabus ad unciam semis.

Sic parabantur. Conserve Radicum

Scorzoneræ,
Angelicæ,
Symphyti majoris,
Pæoniæ,
Cichorii,
Satyrii,
& similia.

CAPUT V.

DE LOHOCH, SEU ECLEGMATE.

LOhoch, seu Eclegma est medicamentum internum,
ex variis simplicibus compositum, saccharo permixtum, &
pulmonibus dicatum.

LOHOCH SANUM.

R. Cinnamomi,	}	ana unciam semis.
Hyssopi,		
Calaminthæ,		
Iridis,		
Seminis Anisi,		
Fœniculi,		
Capillorum Veneris,		manipulum unum.

Macerentur per spatium viginti quatuor horarum in
Aquæ fontanæ tepidæ, libris duabus.

Postea distillando, abstrahatur circiter libra una, cum
qua, ex

Pineorum mundatorum, . . drachmis quinque.

Amygdalarum dulcium, . . drachmis tribus.

Fiat emulsio, solvendo in ea

Dd